

*cus atque in matrem pulli geniti.*  
 Refert Hermippus in Vitis, cum Atheniensium legatus ad Philippum profectus esset Aristoteles, Academiae scholae praefectum fuisse Xenocratem. Cum vero reuersus esset, scholamque sub alio vidisset, elegisse in Lyceo Deambulationis locum, illicque usque ad certum temporis spatium deambulando cum discipulis philosophari solitum, atque inde Peripateticum adpellatum esse. Alii idcirco sic vocatum adserunt, quod ex aegritudine conualescenti, ac deambulanti Alexandro absistens quaedam differere foleret. 3) Vbi vero iam plures esse cooperant, sedens docebat, dicens:

*Silere turpe me, et Xenocratem loqui.*

Ad propositam quaestionem discipulos vna exercebat, simul et orationem docens.

V. Deinde ad Hermiam eunuchum profectus est, Atarnenium tyrannum, quem alii quidem amasium ipsius fuisse tradunt: alii vero sibi adefinitate iunctum, tradita ei filia siue nepte, ut refert Demetrius Magnesius in libris de Poetis ac Scriptoribus Aequiuocis, qui et Eubuli seruum Hermiam fuisse ait, Bithynium genere, quem et dominum suum enecasse. Porro Aristippus in primo de Antiquis De-

παθαπερεὶ τὰ πωλάρια γεννηθέντα τὴν μητέρα. Φησὶ δὲ Ἐρμιππος ἐν τοῖς βίοις, ὅτι πρεσβεύοντος αὐτῷ πρὸς Φιλιππον ὑπὲρ Ἀθηναίων, χολάρχης ἐγένετο τῆς ἐν Ἀκαδημίᾳ χολῆς Ξενοκράτης. ἐλθόντα δὴ αὐτὸν οὐκ θεατάμενον ὑπ' ἄλλῳ τὴν χολὴν, ἐλέθαι περιπατον τὸν ἐν Λυκείῳ. οὐκ μέχρι μὲν ἀλείμματος ἀνακάμπτοντα, τοῖς μαθηταῖς συμφιλοσοφεῖν, ὅτεν Περιπατητὸν προσαγορευθῆναι. οἱ δέ, ὅτι ἐκ νόσου περιπατῶντι Ἀλεξάνδρῳ συμπαρὼν διελέγετο ἄττα. 3) ἐπειδὴ δὲ πλειστος ἐγίνοντο ἥδη, οὐκ ἐπάθισεν, εἰπὼν,

*Αἰσχρὸν σιωπᾶν, Ξενοκράτη δέ τοι λέγειν.*

οὐκ πρὸς θέσιν συνεγύμναζε τὰς μαθητὰς, ἀμα οὐκ ῥητοριών ἐπασιῶν.

V. Ἐπειτα μέντοι ἀπῆρε πρὸς Ἐρμείαν τὸν ἐυνύχον, Ἀταρνέως ὄντα τύραννον; ὃν οἱ μὲν Φασὶ παιδικὰ γενέθαι αὐτῷ· οἱ δὲ, οὐκ ηδεῦσαι αὐτῷ, δόντα τὴν θυγατέραν ἡ ἀδελφιδὴν, ὡς Φησὶ Δημήτριος ὁ Μάγυης ἐν τοῖς περὶ ὁμωνύμων πομπῶν τε καὶ συγγραφέων ὃς οὐκ δῆλον Εύβριλος Φησὶ γενέθαι τὸν Ἐρμείαν, γένει Βιθυνὸν ὄντα, καὶ τὸν δεσπότην ἀνελόντα. Ἐριππος δέ ἐν τῷ πρῶ-

πρῶ-